



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 960

III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36573

Non ergo ampliùs mea opus est opera, in expugnatio-
 tione & damnatione Idololatriæ Pontificiæ, in cultu
 Mariæ semper Virginis. Hispanus ipse, calore, siue cho-
 lera disputationis, dum glossema suum illicitum, de cuius
 tu illicito, contendit defendere, in nostra vsq; caltra,
 nos insectando, concessit. Captiuũ itaq; eum detinere
 mus, ne ampliùs euagetur mancipiũ, aut potiùs proli-
 tũ humiliq; iacẽtem, iam suo iugulatũ gladio, terræ man-
 dabimus. Vides iam opinor Hispane, me minimẽ,
 triumphabundus gloriabaris, ad locorum istorum &
 glossematis tui fucosi solutionem, ita obmutuisse, &
 contra hircere non potuerim (quæ tua sunt verba).
 Verũ illa responso nec digna fuisse, nec opus, existi-
 maui. Ita enim semper iudicauĩ, & adhuc ita sentio, ne-
 minem facillẽ inueniri posse, nisi fortẽ tui similes, im-
 pio & Prophanos Esauitas, qui corruptelas istas appro-
 bent, aut non ipsi agnoscant. Ideoq; me monitore opus
 non fuisse. Quia verò Thrafo gloriandi finem non fa-
 cit, petulantia mihi contundẽda fuit tua, & corruptela
 Scripturæ S. & Patrum demonstrandæ, docendumq;
 immota te negare principia, quod in præcedenti scrip-
 to dixi, & inter causas retuli, cur tecum ampliùs de
 materia inter nos controuersa, Idololatria scilicet, quæ
 in mortuorum inuocatione, panis magicẽ consecrati,
 Statuarum, Imaginũ, & ossium adoratione, exercetis,
 nõ sit disputandũ, videlicet, non esse cultus in Ecclesia
 Christi (nam in Diaboli licet) humana audacia insti-
 tuendos.

III.

Sicut &, quod blasphemus sit & Hæreticus, pro-
 bauit.

Blasphemum quidem, quod Coenam Dominicam,
 in Ecclesijs nostris, iuxta Christi Iesu institutio-
 nem, administratur, Diabolicam (Diabolica potestatis
 infernalis voce) nominavit: de qua horrenda & abo-
 minanda, plusquam Satanica blasphemia (hoc enim
 Cerberus, Spiritus ille malignus, ore suo proferre nun-
 quam auderet) per me admonitus, tantum abest, ut poe-
 nitentiam, ut etiam blasphemiam istam repetiverit auxe-
 ritque. Hæc enim iam verba euomuit Cerberus, Ego ve-
 ro, quicquid iste (Heerbrandus) coelum & terram ap-
 pellans exclamet, & rumpatur, non dubitabo, hanc Coe-
 nae actionem, quam ex hæretico more cum suis cele-
 brat, DIABOLICAM ET SATANICAM, toties, quo-
 ties ipse audire voluerit, & sæpius etiam, appellare, &c.

Hæc blasphemia non verbis refutanda, sed fulmi-
 ne celesti, & pice atque sulphure infernali puniendi
 est. Videbis Hispanie & senties, quem lingua tua, non
 dico venenata, sed Diabolica & Satanica, pupugeris &
 confixeris, carnifex Diabolice. Et confirmare tibi mi-
 nimè dubitò, ni acta poenitentia, veniam huius, ab ipso
 viuorum & mortuorum Iudice, cõsequutus fueris, nisi
 perpetuis addixerit flammis, cruciandum cum Dia-
 bolo & Angelis eius, iustum ipsum iudicem non esse,
 Nam quod nos defectiois ab Ecclesia accusat, ideoque
 Hæreticos, & ministros Ecclesiæ laicos nos vocat,
 hæcque conficere de causa in Eucharistia corpus Christi
 non posse: Clamores & nugas Pontificias de Chara-
 ctère indelebili, qua axungia & rancido oleo Chris-
 tianis, potestatem accipiant, conficiendi & offerendi
 corpus & sanguinem Christi pro peccatis viuorum &
 mortuorum, curamus, ut sciant isti, minimè, cum partim

Fol. 53

impium sit figmentum, & Character bestiae, meretricis
Babyloniae, partim nugae Pontificiae, de quibus omni-
bus & singulis nihil prorsus in scriptura tota Noui Tes-
tamenti habetur, sed Veteris Ceremoniae Christi ad-
uentu abrogatae.

Isa. 10.

Nec à Christi Ecclesia, quae vocem eius audit, non
defecimus: sed Synagogam Satanae & Antichristi de-
seruimus, mandatū Spiritus S. sequuti, dicentis: Exite

2. Cor. 6.

Babylone popule meus. Itē: Fugite Idola. Item: Nolite
iugū ducere cū infidelibus, quae. n. societas lucis cū
nebris, quae autem cōuentio Christi ad Belial: Propter
quod exite de medio eorum, & separemini ab eis, dicit

Dominus, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem.

& vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus
Omnipotens. Quod. n. Pontificem Rom: eiusq. loci

successionem, attinet, carnale id est, imò frivolum &
nugatorium, ad quae Ecclesia Christi non est alligata

sed ad Christum, quem Deus dedit caput super omnes
Ecclesiam, eiusq. verbum. Aedificati super fundamen-

Ephes. 1.

Ephes. 2.

Ambrosius Ibid.

Augustinus de

Baptismo con-

tra Donatist. lib.

6. cap. 24.

August. lib. de

unitate Eccle-

sia cap. 2.

tum Prophetarum & Apostolorū, hoc est, vt interpre-
tatur Ambrosius, supra Nouum & Verus Testamen-

tum collocati. Augustinus: Nonne illi sunt in Ecclesia,
qui sunt in petra? Qui autem in petra non sunt, nec in

Ecclesia sunt. Hi autē sunt in petra, qui verba Christi
audiunt, & faciunt ea. Idē alibi. Inter nos autē & Dona-

tistas (sicut inter nos & Papistas) Quæstio est, vbi sit
Ecclesia? Quid ergo facturi sumus? in verbis nostris

eam quæ situri, an in verbis capituli sui, Domini nostri
Iesu Christi? Puto, quod in illius potiùs verbis eā quæ-

rere debeamus, qui veritas est, & optimè nouit corpus
suum. Nouit enim Dominus qui sunt eius. Ibid. cap. 7.

Sed, vt dicere cœperam, non audiamus: Hæc dico, hæc
dicis

tris: sed audiamus, hæc dicit Dominus. Sunt certi li-
 omni
 ni Te
 ad-
 it, m
 sti de
 xiter
 Nola
 cū o
 ppe
 die
 tren
 miam
 p loci
 um &
 igita
 mnes
 me-
 pre-
 men-
 elia,
 e in
 risti
 na-
 si sit
 stris
 oltri
 quæ-
 rpus
 p s.
 hæc
 dicis:

cis: sed audiamus, hæc dicit Dominus. Sunt certi li-
 brari. Dominici, quorum authoritati, vtrique consentimus,
 vtrique credimus, vtrique seruimus: Ibi quæramus Ecce-
 lesiam, ibi discutiamus causam nostram. Et paulò post,
 Auferantur ergo de medio, quæ aduersus nos inuicem,
 non ex Diuinis Canonicis libris, sed aliunde recitamus.
 Quærat fortasse aliquis, et dicat mihi: Cur ergo ista vis
 auferri de medio, quando communitio tua, etiamsi pro-
 ferantur, inuicta est? Quia nolo humanis documen-
 tis, sed diuinis oraculis, sanctam Ecclesiam demon-
 strari. Et capite 4. Quicumque de ipso capite à Scrip-
 turis sanctis dissentiunt, etiamsi in omnibus locis in-
 ueniantur, in quibus Ecclesia designata est, non sunt
 in Ecclesia. Et rursus: quicumque de ipso capite scrip-
 turis sanctis consentiunt, & veritati Ecclesiæ non com-
 municant, non sunt in Ecclesia, quia de Christi corpo-
 re, quod est Ecclesia, ab ipsius Christi testificatione,
 dissentiunt.

Insignis hæc est sententia: In vtroque Pontificij à
 Scripturis sacris dissentiunt. Quia aliud sibi suæque quæ-
 runt & constituunt caput Ecclesiæ, Rom. Pontifi-
 cum: Cum Apostolus testetur, Deum dedisse Christum
 caput super omnem Ecclesiam, non solum triumphan-
 tem, sed & quæ in terris militantem. Et Ec-
 clesiæ vnitatem scindunt, quemadmodum Donatistæ
 alium, contra quos Augustinus disputat, Vniuersa-
 lem, hoc est, per totum terrarum orbem dispersam,
 regentes. Ita & Papistæ, ad solum Pontificem
 Romanum: quem suæ Ecclesiæ caput faciunt, eumque
 tantum, qui omnia eius amplectitur dogmata & decre-
 ta colligant, atque ita Catholicam negantes, particularem
 faciunt.

faciunt, atq; separantes, vnitatemq; diuidentes. Nos contra, Christum Ecclesie suae caput, etiam in terris, credimus, à qua nusquam longius recedere eum iuxta eius promissionē, scimus, dicentē: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Credimus, non in vno aliquo tantum loco, regno aut pronuncia, sed in omnibus locis, vbiuq; vox eius sonat, aliquos esse verē credentes, & in Christo Petram nētes, vera esse eius membra, ex fide Patrem, in nomine mediatoris, innocentes.

Ibid. cap. 10. Habeo manifestissimam vocem Pastoris mei, commendantis mihi, & sine vllis ambagibus exprimentis Ecclesiam: mihi imputabo, si ab eius grege, qui est ipsa Ecclesia, per verba hominum se duci, atq; aberrare voluero, cum me praesertim commouerit, dicens: Quae sunt oves meae, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Ecce vox eius clara & aperta, & audita. Qui eum non sequitur, quomodo se oves eius dicere audebit?

Argumenta Pontificiorum, quibus se esse Ecclesiam probare conatur.

Et iterum cap. 16. Remotis igitur omnibus talibus, Ecclesiam suam demonstrant, si possunt, non in sermonibus & rumoribus Apherorum, non in Concilijs Episcoporum suorum, non in literis quorumlibet disputatorum, non in signis, & prodigijs fallacibus: quia etiam contra ista verbo Domini praeparati, & cauti redditi sumus: sed in praescripto legis, in Prophetarum praescriptis, in Psalmorum cantibus, in ipsius Pastoris vocibus, in Euangelistarum praedicationibus, & laboribus, hoc est, in omnibus Canonicis sanctorum librorum autoritatibus. Et paulo post. Et sic ostendat (Petilianus Donatista Ecclesiam) vt non dicat, verum est, qui

quia hoc ego dico, aut, quia hoc dixit collega meus, aut illi collegæ mei, aut illi Episcopi, vel clerici, vel Latini nostri. Aut, ideò verum est, quia illa & illa miracula fecit Donatus, vel Pontius, vel quilibet alius. Aut, quia homines ad Memorias mortuorum nostrorum orant, & exaudiuntur. Aut, quia illa et illa ibi cõtingunt. Aut, quia ille frater noster, aut illa soror nostra, tale visum vigilans vidit, vel tale visum dormiens somniauit. Remoueantur ista vel figmenta mēdacium hominum, vel portenta fallaciū Spirituum. Aut enim non sunt vera, quæ dicuntur. Aut, si Hæreticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus. Hactenus ille.

An non hæc planè eadem sunt Pontificiorum hodie argumenta plæraquæ, quibus se solos, vt olim Donatistæ, Ecclesiam esse probare conantur, Auctoritas nempe Episcopi Romani, Miracula ad sanctorum Reliquias ædita. Item & Spectrorū apparitiones, quæ Augustinus hîc rectè dānat, & portēta potius fallacium spirituum vocat atq; mendacia, quibus plurimùm Papatus fundatus est, creuit, constat, & confirmatur. Rectè autem Augustinus ad Scripturas Sacrosanctas Canonicas Veteris & Noui Testamenti prouocat, quæ Ecclesiam Catholicam nobis apertè monstrant.

Cum hac Catholica, id est, Vniuersali omnium temporum & locorum Ecclesia Apostolica, eandem complectimur doctrinam, (quod nec diaboli ipsi negare possunt, vel audent,) Christi vocem & Principis pastorem audientes, agnoscentes, & sequentes, fundati sumus eum tanquam lapidem fundamentum & angulamentum, super ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, quod sua Veteris & Noui Testamēti

Q

*Tertul. de pr. e-
script. aduersus
Hæreticos.*

*Theodoretus
lib. 1. cap. 23.*

*Cypr. lib. 1.
Epistola. 4.*

menti de Christo doctrina iecerunt. Nulla diuersa ab illis apud nos doctrina, quod testimonium est veritatis. Iuxta Tertullianum.

Hinc tanquam ex incorruptibili semine, per verbum Dei viui, & permanentis in æternum, vbiuncumque hoc spargitur, nascitur inde Ecclesia. Sicut etiam olim per sexum muliebrem, item per captiuos plantatae sunt Ecclesiae.

Hæc Ecclesia Potestatem habet, Hispane, etiam inuitis Diaboli, & repugnantibus vobis Esauitis, organis ipsius electis, eligendi & vocandi ministros. Idemque ad prædicandum Euangelium de Christo, & administranda Sacramenta, secundum institutionem Christi. Ipsa enim est Materfamilias, & clauis habet. Sicut Cyprianus inquit: Plebs maxime potestatem habet, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi. Sicut & Ambrosius nondum Baptizatus, populi voce & clamore vnanimi, electus & vocatus est ad Episcopatum. Hanc potestatem per vim, fraudes, dolos, & imposturas ad se rapuit tyrannus Antichristus Rom. sibi soli & suis rasis, ius hoc arrogauit. Iam vero postliminij iure repetit, sibiq; eadem recte vendicat Ecclesia, quod pessime Sauias habet.

Sed gruniant vsq; nihil moramur. Veri & legitimi sunt Ecclesiae Ministri, ab Ecclesia Christi vocati & ordinati, ornati & instructi donis necessarijs & virtutibus, quas Apostolus in Episcopis & Diaconis requirit, etiam si histrionica Pontificia ordinatione nec Chrismate vngantur, nec potestatem à laicis istis, conficiendi & offerendi pro viuibus & defunctibus acceperint. Etiam si enim de successione illa ordinaria loci & sede

ad quæ Christus & Ecclesia eius non sunt alligata) in quibus & canes sedere possunt, & Satan se demonstravit, dicens, EGO PAPA, gloriari non possint tamen (vt Tertulliani verbis vtar) in eadem fide cum Apostolis, & Ecclesijs Apostolicis, conspirantes, non minus Apostolicæ deputantur, PRO CONSANGVINITATE DOCTRINÆ. Et nihil ad Ministerij Ecclesiastici efficaciam faciunt, ritus Mosaiici, & Cæremoniæ Leviticæ Ministrorum Ecclesiæ, in Nouo Testamento consecratione, quæ iam olim sunt abrogata, & Character factæ bestię, & meretricis Babylo-nicæ. Verùm ab institutione & ordinatione Christi dependet ista, qui præsens est, iuxta suam promissionem: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationē seculi. Vbicunq; duo vel tres congregati sunt in nomine meo, in medio illorum sum. Hic enim per Ministrorum manus Baptizat, & Cœnā suam administrat, non à dignitate Ministri vel indignitate, vt olim Hæretici sensere. Quibus cum Hispanus consentiat, est & ipse Hæreticus. Ideoq; iuste ab Ecclesia, vt olim illi, damnatur cum suis eadem sententibus.

*Tertul. lib. de
prescript.*

IIII.

Absurdū esse dixi, quòd, cū in suis cultibus Pōtificij inuocatione mortuorū, &c. Scripturę S. testimonijs destruantur, ad vilitatū suū cōfugiunt Asylū: Traditiones vel humanas: Et verbū Dei nō scriptū, verbū quoq; Dei esse dicunt, quod sonat Ecclesia. Quod vt recte intelligeretur, addidi. Sed cuius Ecclesiæ Num Christi: quaquā. Hic enim dicit: Quæ sunt oues meæ vocem meam

*Explicatio canon-
sarum fol. 41.*

Q 2 meam